

~~Etat~~ EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.

VITEBERG.

W-19.

SIGNAT. CCCXIII.

Phil. theol. Vol. 40

einzelne verzeilt 30/3. 1915.

DISSE^TRAT^IO THEOLOGICA
De
PRO^PITIATIONE
PRO PECCATIS NOSTRIS,

Ex I. Joh. II, v.2.

Quam

SUB PRÆSIDIO
VIRI

*MAXIME REVERENDI, MAGNIFICI, AMPLISSIMI,
 EXCELLENTISSIMI,*

DN. ABRAHAMI CALOVII,

Theologi de universa Christi Ecclesia incomparabiliter
 meriti, in inclyla Academia Wittebergenſi Profess. Publ. Primarii
 Famigeratissimi, Consistorii Ecclesiaſt. Asſessoris Gravissimi, Ecclesiae ibidem
 Pastoris Vigilantissimi, Circuli Electoralis Superintendentis Generalis
 Eminentissimi, & hoc tempore veneranda Facult. Theol.

DECANI Specatissimi,

Domini, Praeceptoris, Patroni, ac Promotoris
devotissimā observantiā colendi,

Ad diem XV. Aprilis Anno M DC LXXIX,
 ventilandam proponit

AUTOR RESP.

M. JOHANNES ERNESTUS Herkog/
 Dresd. Misn.

In Auditorio Majori, horis matutinis.

WITTEBERGÆ,

Literis MATTHÆI HENCKELII, Acad. Typogr.

25

Dissertatio Theologica
PROPOSITIONE
PROFECCIAE nostri

DE ANABOLIA CANONI

Expositio in Profecciam nostram
de Anabolia canonum et de eius
prophetia et de eius significacione
et de eius ratione.

De Anabolia canonum et de eius
significacione et de eius ratione.

De Anabolia canonum et de eius
significacione et de eius ratione.

MICHINAE HERMANNIS Quidam

De Anabolia canonum et de eius
significacione et de eius ratione.



Q. R. V. B.

Duae, quod constat, officii CHRISTI Sacerdotalis partes sunt, satisfactio & intercessio. Utramque V. T. typus, Sacerdosputa, hostia delicta populi expians, ac pro codem intercedens; plurima insuper Scripturarum oracula monstrant. Eminet inter haec locus i. Joh. II, 1.2. dilucidè tum intercessio nis v.1. tum satisfactionis mentionem faciens. Nos missa ea, in praesenti hanc cum Deo, considerabimus: præmittemus autem Grammaticam resolutionem; post doctrinas ex praesenti textu adversariis opponendas subjunge mus breviter,

CAPUT I.

Kaj &] Voculam hanc pro *yaē* Syrus & alii positam volunt, sed, quod Christi intercessio, de qua v.1. non nuda & simplex, sed propitiatoria sit. Per quia vertit Cornelius ad explicandam plenius, ut Estius inquit, *advocati nostri excellentiam, nimurum, qui salis sit, ut non alienam, sed suam Patri satisfactionem offerat, eadē non*

A 2

non

*non conetur tantum nobis cum reddere placatum; sed certissimè pla-
cet, reddatq; propitium. Nos, alibi varia particula r̄ significata
facilè admitimus, nec has versiones, earumq; fundamenta impro-
bamus; h. l. tamē usitatiorem particula r̄ sensum, copulati-
vum scil. cum B. Augustino retinemus: Manent enim duo Sacer-
dotis nostri munia, oblatio & intercessio, licet hic conjungantur;
in se distinctissima; quadoq; vident Propitiatio in terris facta, inter-
cessio fit in cœlis.*

*αὐτὸς, ipse] adductus v. i. ἀρχέ τον πεπάντα τῷ θύλητῷ,
proprio redemptoris nomine Matth. I. v. 21. Luc. I. v. 31. Iesus,
cognomine porrò suō Christus vocatus, δίκαιος, Deus & homo
in una persona, Θεοῦθεωπός, non aliquod tertium præter & ultra
suas ambas naturas hypostaticè unitas, (vid. Damasc. 1.3. de or-
thod. fid. c. 3. 4. 16. 19.) solus, aliis omnibus in negotio redemptio-
nis proflus seclusis, Sacerdos unicus, unica, sed plenissimè expi-
ans, hostia.*

*ἱλασμός, propitiatio] pro ἱλαστή more Hebræo positam es-
se vult H. Grot. sed præter rem: major qvippe emphasis in abstra-
cto qvam Concreto est: nec Christus tantum hic indigitatur ut
Sacerdos & Propitiator, sed ut ipsum etiam sacrificium propitia-
torum. Ad tegmen arca alludere vult vocem Cornelius à Lapide,
ut Rom. III. v. 27. Nos negamus: Verum est, explicant sese non-
nunquam hi termini, hic tamen id non fit, ubi emundationis c. I. 7.
Sangvinis ibid. advocati II. i. mentio præcessit. Vox ipsa ab ἱλα-
στήν est, qvod tām sacrā qvam profanā phrasī placare, propitium
reddere significat. Ita in S. S. occurrit de expiatione Ebr. II. 17.
unde aries τῆς ἱλασμοῦ Num. V. 8. de placatione activè & passivè
Exod. XXXII. 12. II. Reg. V. 18. XXIV. 4. Luc. XVIII. 13. &c. Qvō
facit imprimis vox Hebræa כְּפֹר huic nostræ, teste LXX. Interpp.
versione, correspondens, qvam accuratissimè enucleat Magn. Dn.
Præses Socin. Proflig. p. 562. seq. Profana phrasis idem vult; ἱλα-
στή enim teste ipso Grotiō apud Græcos Scriptores omnes, Poë-
tas, Historicos, & alios est placare. Qvare ἱλασμός tūm actualem
peccatorum nostrorum satisfactoriam expiationem, tūm ipsam
Dei, ob peccata irati, factam propitiationem, adeoq; & placamen-
tum, & placamen connotat.*

37,

¶, est] in præsenti, ad denotandum Catholicismum tūm
temporis (qyandoqvidem Christus non tunc demum factus, aut
tunc modo fuit propitiatio; cūm sese obtulit in cruce, sed per-
petuō fuit, est, & erit) tūm subjecti (nemini enim Deus hoc be-
neficium invidet, sed ad illud omnes vocat, allicit, invitat) em-
phasi non usqve adeò Johanni insolenti: Sic enim ait: Agnum
hunc portare peccata mundi Joh.I. 29. Sangvinem filii Dei testatur
ναρθεὶς οὐδὲν οὐδὲν ab omni peccato I.Joh.I.7. Et qyidni Virtus hujus
placationis ante & retrō se extendat? qyidni perpetuō efficax sit?
Christus enim est Sacerdos in æternum Ps.CX.4. Ebr.VII. 21. Re-
demptio ejus est æterna Ebr.IX. 12.

¶, pro] insignem notans utilitatem: Ita αἷμα dicitur
περὶ τὸν λαὸν ἐνχυθόμενον Matth.XXVI. 28. Marc.XIV. 24. Simili-
ter preces & intercessiones dicuntur pro alio factæ, ut Luc.IV. 38.
XXII. 32. Joh.XVI. 26. XVII. 9, 20. Act.IIX, 15. Col.IV, 3. II.Tes-
sal. I, 11. I. Joh.V. 10. Ita Sacerdos dicitur obtulisse victimam
περὶ τὸν λαὸν περὶ εἰσιτοῦ Ebr.V, 3. Qvæ inde oblatio περὶ αἵματος
Ebr. X, 18. Christus dicitur passus περὶ αἵματον i. Pet.III, 18.
Ιλατμός περὶ αἵματον i. Joh. IV, 10. Eadem significatio est pra-
positionis ὑπὲρ, pro qua περὶ in præsenti loco posita est.

τὸν αἵματον, peccatis] omnibus, tām originali qvām actua-
li, tām ante, qvām post Baptismum commisiss, levibus & gravibus,
voluntariis & involuntariis: omnium enim peccatorum chiro-
graphum cruci affixum Coll. II, 14. omnia diaboli opera destru-
cta, i. Joh. III, 8. Ebr.II, 14. ab omni peccato sanguine filii Dei
mundati i.Joh.I, 7. ab omni avocia redempti Tit.II,14. *Fusō enim
sanguine sine culpa, omnium culparum chirographa deleta sunt*, ait
Augustinus I. II. de Remiss. peccat. cap.20. Aliter verò Christus
mortuus est pro peccatoribus 2. Cor.V, 15. Ebr. II, 9. & aliter pro
nostris peccatis, i. Cor.XV, 3. Gal.I, 4. i. Pet.III, 18. Pro illis, ut
ipſi Deo plenisimè reconcilientur Rom.V, 10. salvantur, Matth.I.
v.21. sanentur, Es.LIII,6. ut peccatis mortui Justitiae viverent i.Pet.
II, 24. pro peccatis autem mortuus est, ut ea deleantur Es.XLIII,25.
aboleantur, Ebr. IX, 26. & in profundum maris abjiciantur.

μῶν, nostris] non solorum credentium & electorum Iudeorum, uti Beza & Piscator exponunt: nec tantum eorum, qui nunc vivunt, quod vult Oecumenius; nec eorum modo ad quos scripta hæc epistola, quæ Bedæ est explicatio: sed eorum, qui credunt, ex quorum persona Johannes hic loquitur. Quam explicationem nostram ipse Corn. à Lapide approbat: quando faretur melius habere explicationem Clementis Alexandrini quam aliorum, qd. id dicat Apostolus, non pro peccatis nostris, qui sumus fideles tantum, sed & pro peccatis infidelium totius mundi. Pro his enim quod passus est Christus, ei⁹ meruit gratiam & gloriam, si in eum credere ejus⁹ merita amplecti velint. Unde & iustit p̄dicari Evangelium hoc omnibus Gentibus, easq; baptizari in Nominis Patris, Filii & Spiritus Sancti Marc. XVI, 15.

Ἐ περὶ τῶν ἡμετέρων &c. ἀλλὰ καὶ, nec pro nostris &c.] non sine insigni emphasi est illa cùm αὐξησις, tūm διαιρέσις Johannæa. Ne enim particularem, vel Iudeorum, vel credentium ἵλασμὸν tentatus quispiam præsumat, progrereditur Apostolus à minori ad majus, & fundamentum nostræ fiducia solatiq; amplificat pulcherrimè. Non contentus, inquit Rudolphus Gvaltherus ad h. l. Christum propitiationem nostram dixisse, eum pro peccatis nostris propitiationem factum esse testatur. Nec hoc illi sufficit. Ne enim vel in sua dunitaxat, vel Apostolorum aliorum persona loqui videtur, addit, non pro nostris tantum, sed etiam pro totius mundi peccatis. Quidam quidem ampliatio ad solidam consolationis Apostolice vim pernecessaria erat, ne quisquam peccatorum defferet, & ab intercessione paracleti bujus fructu salutari sese exclusum dubitationum fluctibus abruptus præsumat.

περὶ ὅλων καὶ κόσμου, pro totius mundi, scil. peccatis] Duplex hic occurrit ellipsis articuli; ita supplenda περὶ τῶν & ὅλων & κόσμου scil. αἰσχρῶν. Habes hic extensivam ἵλασμὸν universalitatem, quā omnes homines; prorsus ut antea intensivam, quā peccata omnia. Quidam facit nota universalitatis, ὅλων, ne aliquos saltem, sed omnes ē mundo homines propitiatos intelligas. Quidam firmat ulterius adjecta vox κόσμος, non synechdochico, sed Scripturæ

pturæ S. propriè sensu. Ignorat hæc Calvinianam acceptiōnem, quâ mundus partem mundi nobiliorem electos scil. & credentes notat. Quid? qvod ipsa mundum dispescit in credentes & non credentes, in salvandos & non salvandos Joh. III, 16, 18, 36, adeoq; ambos voce hâc includit: alibi vocem mundi per omnes homines explicat I. Tim. IV, 10, conf. Joh. I, 29. VI, 51. XII, 47. II. Cor. V, 19. I. Joh. IV, 14. Qvod fateri coguntur ipsi etiam adversarii: Ita enim Musculus in LL. CC. tit. de Remiss. Pecc. Part. II. p. 465. super I. Joh. II, 12. ait: *Puto mundi notione intelligendum esse universum genus mortalium, unde his mundus à principio ipsius ad finem usq; constat. Cum igitur pro mundo filium suum Deus dedisse, & ille pro totius mundi peccatis propitiatio esse dicatur, quid aliud significatur, quam gratiam remissionis peccatorum destinatam esse mortalibus omnibus, ut omni creature sit annuntiandum illius Evangelium.* Porrò ait; *Mundi vox h. l. non notat solos credentes ex gentibus (qui priori membro fuere inclusi) sed omnes homines, sicut non foret comparatio imparium majorum.* Crocius in Syntag. S. Theol. lib. IV. c. i. nec tamen Christus hic (Joh. III, 16.) per mundum intelligit electos tantum, prout jam à mundo separati sunt, sed totum genus humanum universè sumptum, prout naturâ in peccato jacet. Vid. Fewrb. Part. II. Syntag. pag. 283. Magn. Dn. Præf. Bibl. Ill. ad I. h. Meissn. Antropol. Dec. II. Disput. III. pag. 75. &c. Hæc de analysi Grammatica, quantum ad præsens institutum nostrum sufficit. Se-
qvuntur nunc doctrinæ juxta seriem verborum textus Johannæ.

CAPUT II.

I.

*Esse pro peccatis nostris ἵλασμὸν expiationem
et reconciliationem infert.*

I.

QVæ suprà de vocibus, earumq; in S. S. significatione dicta fuēre, h̄c non repetimus: ad præsens verò quæstitum expedientum, dicimus, reqviri ad ἵλασμὸν pro peccatis nostris expiatio-

nem

nem & reconciliationem. Expiationem, non Leviticam, & Ceremonialem, sed veram & realem, propriâ Christi virtute, in propria etiam persona factam, qva de Dan. IX, 14, 27. Fit autem illa, teste S. S. placando (unde toties reconciliationis in hoc argumen-
to fitmentio Róm. V, 10, 11. II. Cor. V, 18. Eph. II, 16. Col. I, 20.)
satisfaciendo (qvia expiatio qvædam λογικης Rom. III, 24.
Eph. I, 27.) purgando (unde Sangvis Christi purgare dicitur no-
stras conscientias Ebr. IX, 14.) sanctificando (qvod expressè Chri-
sto tribuitur Eph. V, 26. Ebr. X, 14. XIII, 12.) Hanc expiationem
seqvitur reconciliatio Dei ob peccata nobis infensi Roman. I, 18.
V, 10, 11. II. Cor. V, 18. Eph. II, 16. Col. I, 20. Cessat hinc homi-
nis captivitas hactenus sub peccatum venundati Gal. III, 10. reclu-
ditur carcer, nimirum infernus Zach. IX, 11. Hof XIII, 14.. abigitur
eiusdem custos, Satan puta, ibid. scinduntur laquei, peccata, Ebr.
II, 14. eo, qvod captivator Deus Judex perfectissimô Goëlis lytro
satiatus est.

2. Hic verò sese nobis Sociniani, juratissimi satisfactionis
Christi hostes, opponunt, perversissimè ιλασμον hunc exponen-
tes. In genere Christum ajunt esse ιλασμον, non ob Patris propitia-
tionem, sed propitiationis hujus indicium; prorsus ut tegmen arcæ
ιλασθεον seu placamentum fuerit dictum, non ideo qvod Deum pla-
caverit, sed qvia Deus in eo se propitium & placatum præbens po-
pulo suo responfa dederit. Ita Socinus Part. II. de Christo Servato-
re cap. 2. Ostorodus in Institut. Germ. c. 37. Sed respondemus a.)
id contra claram Scripturæ S. literam est: qui enim est propitatio,
is vi vocis, ob peccata iratum nobis reconciliat: & qvorum mors,
Sangvis Christi, si Deus jam ante nobis fuit propitius? β.) Si an-
nuntiatio reconciliationis sufficit ad esse ιλασμον, qvilibet mini-
ster Ecclesie, imò omnis Christianus erit ιλασμος. γ.) non eadem
sunt Dei per mortem Christi satisfactoria reconciliationis, & pecca-
torum remissio: illa ad secundum Symboli Apostolici Articulum
pertinet, hæc ad tertium. δ.) distingue typum ab Antitypo, um-
bram à corpore, rem brutam à viva viætima, habebis hic veram, il-
lic typicam placationem.

3. Ex-

3. Expiationem porro Ἰαστοῦ nostri, de peccatorum pañis exponunt, quas Christus potestate eā, quam à Patre accepit, à nobis sit avertitus: sicuti de hac expiatione, qua in cœlis à Christo fit, explicat hunc locum Socinus loc. cit. c.21. existimans eandem esse interpellationem Christi apud Deum pro nobis, de qua Ebr. VII,25. Rom. VIII, v.34. Sed frustra. Ubi enim α.) S. S. expiationis Christi in cœlo mentionem facit? Ubi peccati expiationem per autoritativam à poena peccati tutelam exponit? ubi interpellationem pro peccatore eandem vocat? tantum abest, ut id faciat, ut potius expiationem sanguine Christi in terris factam, ab intercesione, quæ in cœlis, absque ulla tamen sanguinis effusione adhuc hodie fit, manifestè distingvat. β.) Vox Ἰαστοῦ, ut ipse Crellius concedit, respicit ad expiations sub lege factas: quì vero salva erit analogia, cum illæ nec in interpellatione, nec autoritativa tutela constitety.) Expiatio est universalis, facta scilicet pro totius mundi peccatis; tutela autem à poena particularis est, & lolis competit fi-delibus.

4. Sed & factæ ab Ἰαστοῦ nostro reconciliationi iræq; divinae à nobis aversioni hostiliter fere opponunt. Sc. Christum inquiunt dici Ἰαστοῦ, quod iram Dei averterit, efficiendo, ne iram Dei & poenam promeritam sentiamus, tūm patrocinio suo in hac vita nos à iudicio divinitus tuendo, tūm potestate sua, in altera vita iram Dei, omnisq; supplicia à nobis avertendo, quæ verba sunt Crellii contra Grot. p.350. Nos considerare in eo Ἰαστοῦ Christi, ex Scriptura S. negamus; quippe quæ α.) in hoc arguento non autoritatis, sed sanguinis & mortis Christi meminit; præterea β.) sanguine reddere propitium sit tantum Christi mediatoris; defendere ab ira Dei Christi Regis, Patri æq; ac Filio competens. Vid, plura contra Grot. Crell. aliosq; apud Magn. D. D. Præl. Bibl. Illustr. ad hunc locum, Socin. Profl. p.581. 614. cum quo confer eundem ad Rom. V, 10. Fewrb. in AntiOstoroedo disput. XXXIII. Meisner. Antropol. Dec. III. Disp. XXV. p. m. 209. Dorsch. Theol. Zach. Par. I. pag. 53. seq.

*Ihesus noster est Jesus Christus Θεονός secundum utramq; naturam,
solus.*

1. Evincit id vocula *ἀντός* referenda ad v. i. ubi nomina, Christum & Deum & hominem indicantia habentur. Cur autem inqviās, *ιλασμός* noster debuit esse Deus & homo? Respondet Chemn. in de duab. natur. in Christo cap. XVII. postulārunt id redēmptio, propitiatio &c. Si enim hāc potuissent effici vel per dīvinitatē solam vel per humanitatē solam, frūstā *λόγος* propter nos homines & propter nostram salutem descendisset de cœlis, & incarnatus homo factus esset: sed qvā ea, qvā ad officium Mesiāe pertinent, non potuerunt in una natura sola, sive dīvina, sive humana peragi, idēc decretō dīvinō facta est admiranda & ineffabilis illa duarum naturarum unio in unam hypostasim, ut persona mediatoris nostri in utraqvē natura, per & secundum utramq; naturam operaretur, & efficeret ea, qvā ad redēmptionem & salutem nostram pertinent. Et ita omnino est, homo lapsus redimendus per hominem, qvī mori posset, per Deum qvī peccata tolleret: Ita, ut nos à lēge liberaremur, Deus filium suum legi subjecit ad Galat. IV, 4. ut peccatum in carne damnaretur, misit Deus filium suum, in similitudine carnis peccati Roman. VIII, 3. ut Mesiās esset iustitia nostra, Deus suscitavit germen iustum, cuius nomen JEHOVA Jérém. XXIII, 6. ut mundus salvaretur, missus filius Dei unigenitus Johann. III, 16. ut mors defrueretur, opus erat, & qvī mori posset, & mortem destrueret Ebr. II, 14. &c.

2. Porro Christus est *ιλασμός* secundum utramq; naturam, dīvinam scil. & humanam. De humana res clara est; ipse enim Christus expressè afferit, se offere carnem, Johann. VI, 51. conf. Roman. VIII, 3. I. Pet. II, 24. animam, Matth. XX, 28. sanguinem Ebr. IX, 12. Apocal. I, 5. V, 9. lachrymas, Ebr. V, 7. aquam, è perfollo latere manantem, famem, sitiim, &c. Dīvinam

nam etiam clarissima nobis monstrant Scripturæ Sacrae testimonia: ita enim ipse Jehova dicitur redempturus Israëlem ex omnibus iniqvitibus, Psalm. CXXX, 8. ipse Jehova servire factus est, Es. XLIII, 24. ipse Jehova compunctus Zach. XII, 10. Apoc. I, 7. $\lambda\delta\gamma\Theta$ ipse propriò suo sanguine acquisivisse Ecclesiam, Act. XX, v. 28. ipse autor vita interfectus Act. III, 15. conf. Ebr. II, 10. 1. Corinth. II, 8. Ebr. VI, 6. Matth. XXVII, 50, 54. Et quidni secundum utramque naturam ipsi competat hæc propitiation? pertinet enim ad officium Christi competens ipsi secundum ambas suas naturas hypostaticè unitas, ita ut unaqvæque natura in eo agat id, qvod sibi proprium est, cum communicatione alterius. Absit ergo a.) Aphantodikitarum error omnibus humanam Christi naturam passionibus ipsi etiam internacione eximens, è contra omnia uicig dñmny accidisse afferens. Qvorum enim portatio illa langyorum Es. LIII, 5. Labores animæ Joh. XII, 27. Matth. XXVI, 38. Luc. XXII, 44. Si Christus non est reversè passus carne? Rectè Irenæus lib. II, 20. qui dicunt Christum putativè manifestatum, nego incarnatum, nego verè hominem factum, nego verè passum, adhuc sub veteri sunt damnatione, adovationem præbentes peccato, non devicta secundum eos morte, qvæ regnavit ab Adamo usq; ad Mo-sen, etiā in eos, qui non peccaverunt in similitudinem transgres-sionis Adæ. B.) Absint Piscatoris, Polani, aliorumq; sententiae, sacrificium Christi de humana tantum natura intelligentes; Martinii Synechdoche, plenis velis Nestorianismum reducens; A. Möri-on; Zwingiana vera, uti Lutherus eam vocat, larva Diabolis; vid. Athanas. Tom. I. Orat. IV. contra Arianos. Cyrill. Tom. II. Epist. 10. pag. 24. Fewrb. Fasic. V. disput. III. &c. y.) Absit moralis persona Christi dignitas, qvam Jesuitæ Stancarum imi-tantes, hic eum in finem urgunt, ut Deitatem CHRISTI à propitiatione CHRISTI excludant. Nihil illa sine hac valet, quid? qvod necesse fuit Θεού τεων ipsum dare se pro no-bis λυτρον νόο ἀντίλυτρον (sensu non contrario sed commuta-tivo ac compensativo) Matth. XX. vers. 28. I. Timoth. II. vers. 6. Ebr. X, 10.

3. Solus denique noster est ~~in auctoritate, auctoritate~~ ipse, inquit Apostolus, nullos hic admittens vel Angelos, vel homines, tum ob sui sufficientiam, tum horum insufficientiam; qui enim creatura justitia Dei rigorose exigentis solveret pretium infinitum? Recte ergo solus (~~universus~~) unicè solus, maximè & solitarius solus) caleasse torcular, hoc est, subjicisse sibi hostes, nec quenquam ex populis (humano genere) cum ipso, nullum auxiliatorem neque in caelo neque terra adfuisse dicitur Esa. XLIII. vers. 3. Apoc. XIX. vers. 15. per se ipsum enim fecit purgationem peccatorum nostrorum Ebr. I, 3. conf. Ebr. X, 14. VII, 25. unus mediator inter Deum & homines; & sic solus, sicut Deus est unus & solus I. Timoth. II, 5. conf. Johann. XIV, 6. & vid. D. Hunn. in AntiPar. I. Tom. II. oper. pag. 763. & pag. 778. D. Cratmer. in Schol. Proph. Clas. III. pag. 425. Glaf. Onomat. Messi: pag. 393. seq. Dorsch. Theol. Zach. Part. II. Disput. 7. p. 261. Corruunt ergo Pontificiorum dogmata, nunc Mariam, ut Sociam, Christo in opere propitiationis adjungentes; nunc satisfactionem nostram eidem assidentes; nunc Sacrificio missatico nos Deo quotidie propitiantes, nunc purgatoriō homines ad plenariam satisfactionem usq;, includentes, deniq; indulgentiis penas relaxantes: de quibus omnibus vid. D. Gerhard. Confess. Cathol. lib. II. spec. Part. I. & alios: nos enim hic breviores ducimus lineas.

III.

Objectum, cui fit propitiatio, DEUS est.

i. Idem scilicet, qui hominibus ob peccata iuratus (id est, vindicans & ulciscens eadem) Ex. XXXII. vers. 10. Johann. III. v. 36. Roman. I, 18. inimicus, Esa. LXIII, 10. ab iis faciem avertens, Deuter. XXXI, 18. divisus, Es. LIX, 2. minis, Genes. II, 17. Lev. XXVI, 14. Prov. I, 24. Es. I, 20. III, 11. V, 25. XXXIII, 1. factis, Genes. VII, 17. seq. XIX, 24. Exod. XIV, 27. maledictione Deuter. XXVII, 26. terribilis, eò, quod ipsi iniuriantes exosæ Psalm. V, 7. XI, 5. transgressiones abominabiles Lev. XXVI, 30. Luc. XVI, 15.

Deus

Deus Pater, Filius & Spiritus S. Qui unum sunt I. Joh. V, 7. Joh. X, 30. contra quos etiam peccatur. Huius nos reconciliamus, Rom. V, 10. (pars scilicet offendens parti offendæ, Matth. V, 23, 24. I. Cor. VII, 11.) per Mediatorem Christum II. Cor. V, 18 Col. I, 19, 20, non simpliciter unâ cum vitariis horiantem, aut viam ad conversionem monstrantem, sed placantem morte Rom. V, 10. per crucem Eph. II, 16. sanguine crucis Col. I, 19. manifesto glorificatoria indicio Joh. III, 16. Rom. VIII, 32. Sed & ipsi nobis reconciliatur teste tam ab æterno in Christo facta electione, (quæ certè ita Deo non competit) Eph. I, 4. quam justificatione & salvatione, quæ per eundem Christum in tempore sit: Rom. III, 25. Inde illa in Christum peccatorum nostrorum conjectio, ut nos liberaremur, Es. LIII, 6. Christi in odorem bonæ fragrantia, & per æternum Spiritu facta Deo immaculata oblatio, Eph. V, 2 Ebr. IX, 14. Neque tamen inde, quia reconciliatio reciproca est, Deus in nostram gratiam reducitur, cum non laesa, sed ladens pars in gratiam alterius reducatur.

2. Hæc omnia Socinianis miras hic iterum fraudes contingentibus, opponenda sunt: negant illi unquam Deum iratum nobis fuisse, sed dilexisse postea, quandoquidem nos per Christum sibi reconciliari, nec Deum nobis, sed nos Deo reconciliatos afferat Scriptura. Sed facilis est responsio: quia primum enim loca Scripturarum supra citata satis clara sunt. In altero nondum consequentia tam firma nobis quam Socinianis est: Siqvidem Deus sibi nos quidem reconciliavit (quod misericordiae opus) sed per mortem Christi, (quod est justitia) II. Cor. V, 18, 21. ratio, vero quam de phrasib[us] adducunt nihil quicquam militat cum utraq[ue] loquutio in SS. reperiatur docentibus Mag. Dn. D. Praef. Socin. Prof. p. 319. Franz. de Sacrif. Disp. XVIII. p. 586. Meisa. Antrop. Dec. III. Disp. 26. p. 283. &c. Porro reconciliationem non per placationem Dei erga nos, sed nostri erga Deum conversionem, ac inde stabilem amicitiam exponere: respondemus (α) hanc vocis significationem tota S. ignorat. (β) reconciliatio nostra jam olim plenè facta Ebr. VII, 27. X, 10, 12, 14. nunc non amplius fit; conversio autem adhuc hodie, & ad finem usque seculifiet: imò (γ) reconciliatio sanguine Christi facta est, hic autem ad

conversionem, fatentibus ipsis Socin. non requiritur; Ergo non sunt unum idemque. Qvod si in hoc arduo negotio Christus nil præterea egit, quam ut viam ad conversionem monstraverit, quod ipsis volunt; omnes Prophetæ, Apostoli, imò omnes Ecclesiæ DD. erunt nostri reconciliatores; nec amplius inter meritoriam salutis acquisitionem & ejusdem applicationem, quæ per conversionem intenditur, est discrimen. Denique neque adhortatio Christi & Apostolorum ad conversionem, illa, de qua Iohannimur, est reconciliatio, cum illam solus Christus, hanc verò Apostoli, Christi nomine præstent.

IV.

Objectum Personale, cuius Christus i«s> sunt omnes homines lapsi.

i. Patet id ex voce mundi, cuius meminit Apostolus. Illa verò neque Christum, segregatam à peccatoribus Ebr. VII. 26. nec Santos Angelos, in bono confirmatos, ideoque nec assumptos Ebr. II. 16. conf. I. Tim. II. 5. nec malos Angelos sine spe omnì restitutionis damnatos, nec creaturas quascunq; ira qvippe diuinæ incapaces, denique nec integros, sed lapsos homines omnes & singulos (quos inter & Maria) includit. Hi erraverunt: omnium verò qui erraverunt, iniqvitates in eum posuit Es. LIII. 7. pro his omnibus mortuus II. Cor. V. 14, 15. pro omnibus redemtionem lese dedit I. Tim. II. 6. Unde reconciliatio Col. I. 20. illuminatio, Joh. I. 9. per unius justitiam in omnes justificatio Rom. V. 18, 19. Et ipse Salvator omnium hominum, maximè verò fidelium, I. Tim. IV. 10, qui textus imprimis huc facit, ejusdem quippe cum nostro sententia: Nam ut Johannes συνθετικῶς procedit ad omnes, in universum, tanquam à specie ad genus; ita hinc Paulus ἀναλογίας ab omnibus in universum retrogradatur ad fidèles & Electos, tanquam à genere ad speciem. Proinde non tantum credulorum, sed etiam incredulorum, non tantum electorum, sed & reproborum i«s> Christus est: etiam actu damnatorum: sicut ait Dannhaw. Hodol. p. m. 688. pro Abrahamo jam

jam olim defuncto alio beato, ita & pro Iuda actu damnato, pro quo si Christus non esset mortuus, tñiqvè esset damnatus: Etenim ob amissiō h. e. repulsa sacrificii Christi pro se p̄ficitur damnatus; quod si ad illum nihil pertinuit, damnatus fuerit ob doni nunquam oblati repulsa. Denique peccatorum in Spiritum S. quippe qui Christum semel, pro ipsis crucifixum, deinde crucifigunt & sanguinem Testamenti, quò fuerunt sanctificati, conculcant, Ebr. VI, 4.5.6, qva de re vid, ches, seq.

2. Quid verò ad hæc Spiritus Calvinianus? Causam quæ omnium agit Polanus lib. VI. Synt. Theol. c. 16. sedecim argumentis pugnans, mundum hic noscere electos. Nos, quia adducta & resoluta alibi sunt, ea non adducimus: reliquias verò adversarii cum demum herbam porrigitur, quando hypotheses suas, vel de absolute reprobationis decreto, & inde plurimis denegat à fidē vel universalis ob Christi p̄ficitam satisfactionem, bominum salvatōne, ex verbo Dei solide monstrabunt; Extra hoc enim aliiquid sapere stultitia est, nec ratione, aut infirmis consequentiis d. S. Sæ pugnandum est. Vid. Dannh. Hodom. Sp. Calv. Phant. VIII. p. 169L seq.

3. Unicum tamen, quod adversarii palmarium putant, hoc loco refutasse non posnibet: scilicet provocant illi ad dicta ubi racita habeatur inter electos & reprobos, in negotio salutis, opposito, v.g. Joh. X, II. XI, 32. Rom. VIII, 33.34. &c. Nos (a) nullam in locis circais anthithesis, nec ineptam aut superfluam, ut ipsi loquantur, orationem agnoscimus: (C) admittimus, quidem in locis de morte, satisfactione Christi, diversa nominari subiecta, salva tamen semper manente universalitate. Aliquando enim ponuntur omnes homines, ut in h. l. nostro, Matth. 18, v. II. Cor. V, 14.15. Ebr. II, 9. Joh. I, 20. I. Joh. IV, 14, quo pertinet etiam comparativa illa I. Tim. IV, 10. Aliquando credentes Joh. X, II. XI, 32. Act. XX, 28: Denique in creduli interdum nominantur ut Róm. XIV, 15.20. I. Cor. VIII, n. Peccatores in Sp. S. Ebr. VI, 6. X, 29. 2. Pet. II, 1. Nihil tamen inde adversarii obtinent. B. enim venit Redemptor, inquit Augustinus, Tom. VIII, sup. Ps. 95. p. 1074. & dedit premium fudis sanguinem suum, emie
orbem

orbem terrarum. Queritis quid emerit? videte quid dederit, & invenietis quid emerit. Sanguis Christi pretium est: tanti quid vallet? quid nisi totus orbis? quid nisi omnes gentes? valde ingratius sunt prelio suo, aut muleum superbis sunt, qui dicunt; aut illud tam parvum esse ut soles Afros emerit, aut se tam magnos esse, pro quibus solis illud sit datum. Non ergo exultent, non superbiant, pro tanto dedidit, quantum dedit. *Cf.*

Objectum reale sunt omnia omnino peccata hominum.

a. Christus enim ἡλασμές περὶ τῶν ἀμαρτιῶν; non quorundam sed omnium: ab omnibus Jehova nos redemit Ps. CXXX, 8. ab omnibus mundat nos sanguis Christi, I. Joh. I, 7. omnes nostras iniurias ipse portavit, h. e. luit, expiavit, Eccl. LIII, 11, 12. Joh. I, 29. I. Pet. II, 24. pro omnibus mortuis 2. Cor. V, 14. unicum peccatum si expiandum restaret, Christus plenè non satisfecisset, legem non impletet, cuius tamen πλειωτός Rom. X, 4. Matth. V, 17. in morte detenus fuisset, quandoq; videtur peccatum est mortis aculeus. Huc ergo pertinet peccatum originale, actualia tam qvæ bapt. suum antegredijuntur, qvām qvæ restuntur: Si enim inquit B. Feurbornius, Christus hec non expiavit, aut illa remittuntur, aut non remittuntur: Si illud, habebunt Sociniani quod volunt, remitti scilicet nobis multa peccata circa aliquam Christi satisfactionem, cum tamen sine sanguinitate effusione nulla fiat remissio, Ebr. IX, 22: si hoc poterunt homines aut absq; Christi merito, pro sua delictio Deo satisfacere, aut omnes dampnabuntur, quod utrumque falsum. Insuper spectant huc non tantum præterita, sed etiam futura, venialia & mortalia, levia & gravia; in specie peccatum in Sp. S.; alras enim falsa esset Apostoli assertio, de superabundantia gratia super omne peccatum Rom. V, 20: Et qui possent peccatores in Sp. S. dici Christum recruficieris Ebr. VI, 6, nisi ipse anteā pro iis esset crucifixus?

(omnis

(omnis enim reactio actionem præsupponit, nec diabolus Christum dicitur recrucifigere) quomodo possent ob rejectum Mediætorem damnari nisi ipsis datus fuisset? Ergo omnia ad propitiacionem hanc pertinent peccata; solvit enim Christus quæ non rapuit Ps. LXIX, 6. ad omnem raptum majestatis divinæ reposita est solutio dominica Iqvia Dominus id indeterminatè pronuntiat; Nec oppositio inter amplitudinem lapsus & solutionis constaret si raptus major amplitudo quam solutionis. Vid: Dorsch. Pentad. Disp. VII. p. m. 271. Sed & pro culpis tam æternis quam temporalibus est propitiatione; redemit enim nos à maledictione legis, factus ipse maledictio Gal. III, 13. Jam autem maledictio legis omnes penas Deut. XXVII, 27, ut benedictio legis omnem gratiam complectitur. Deut. I, c. v. 28. Affixit cruci chirographum Col. II, 14, quod omnia peccata & eorum penas continet, conf. Rom V, 9. Ps. CIII, 3 Mich. VII, 19. March. XVIII, 32. Quamvis rem faciunt verba Bellarmini lib. V. de amiss. grat. & stat. pecc. c. XX. doner reatus non sit remissus, nunquam dicitur plenè atq. perfectè peccatum remissum, & contra tunc peccatum omnino perfectè censetur remissum, cum non solum culpa, sed etiam pena omnis fuerit remissa.

2. Quanta vero hic adversariorum est audacia! Pontifici primò Mariæ singulare gratae privilegium tribuunt, quò à peccato sit preservata, vid. Bellarm. lib. IV. de amiss. grat. c. 16. Verum, alium hac dere in Scriptura S. est silentium; neque, si Christus pro omnium hominum peccatis est iustus, Maria hic exceptatur. Falsum insuper illud est: Christum tantum pro illis peccatis, in quæ homines possent incidere, non autem pro iis in quæ actu ipso incidentur factum esse iustus: Mortuus enim Christus sub tempore ~~Carthaginensis~~ Rom. V, 6. conf. Gal. I, 4. Succedunt his Weigeliani, Anabaptistæ, Photiniani, qvidam Calviniani & nonnulli Pontificii, qui ex numero peccatorum originales excipiunt, nec illud propriè dictum, & ex censura legis damnans peccatum volant. Sed quidni sit peccatum? cum faciat nos filios iræ Eph. II, 3. quidni damnet? cum morti nos adjici-

est Rom. VII, 10, occidat v. II. Profligandi hīc etiam sunt
Pontificii cū Novatianis afferentes, Christum tantum pro pec-
caris actualibus baptismum antecedentibꝫ satūfecisse, pro sequenti-
bus nobis ipſis eff̄e satisfaciendum. Sed iterum contra prælētem
textum, quem Apostolus ad omnia peccata extendit; nec possit
homo nudus infinita Dei justitia satisfacere. Pulchre hanc in
rem Hieronymus Tom. II. adv. Jovin. p. 70. Verum, ne penitus
desperemus, arbitrantes, nos post peccata baptismi non posse salvari,
statim hoc ipsum emperat: & si quis peccaverit inquit, advocatum
habemus apud Patrem, Iesum Christum justum, & ipse est propitiatio
pro peccatis nostris, non pro nostris autem tantum, sed etiam pro to-
tius mundi: Hoc ad credentes post baptismum loquitur, & advoca-
tum pro delictis eorum Dominum pollicetur: nec dicit: si quid
PECCAVERITIS HABETIS apud Patrem Christum, & ipse est
propitiatio pro peccatis VESTRIS, ne eos diceres non plena fide bapti-
ma consecutos; sed advocatum inquit, HABEMUS Iesum Christum &
ipse est propitiatio pro peccatis NOSTRIS, & non solum pro Iohannis
illorumq; peccatis, sed etiam pro totius mundi. In toto autem
mundo & Apostoli sunt & omnes credentes. Notandi hīc etiam
sunt Photiniani, peccatis præelectivis, contra Conscientiam, plenō
propositis commissis & sepius repetitis veniam non relinquentes: qvis
verò ipsos, ubi Dominus liberalis est, tenaces esse iusti? qvis
hunc desperationis laqueum necesse conscientiis, nisi despera-
tionis autor, docuit: omnium peccatorum ἵλασμός Christus est,
ergo & horum, & qvicunque crediderit, accipiet remissionem
peccatorum Act. X, 43. XIII, 39. Ebr. VIII, 12. 1. Joh. II, 12. De-
niqve Theologi Bremenses in Synodo Dordrecht. ad art. II.
p. 641, errant, scribentes: *Christum pro peccato in*
Spiritum S. non satisfecisse: qva de re vide Fewib.
Diss. de pecc. in Sp. S.p.m. 2059.

VI. Me-

*Medium cuius interventu Christus noster est
Inclusus universa ejus obedientia est.*

I. Activa videlicet, quæ culpam, passivam, quæ poenam exprimat. Ac passivam quidem S. S. per mortem & passionem Christi exprimit, v. g. I. Petr. I. 21. 24. Christus passus est pro peccatis I. Cor. XV, 3. Rom. V, 6. IV. 25. &c. Activam indicat vel per obedientiam, ut Rom. V, 18, 19. (ubi per obedientiam non passio vel mors, sed actio legi conformis intelligitur, inobedientie Adami opposita, vocaturque Christi justitia, quod titulo passio non venit) vel legis impletionem, ut Matth. V, 17, 18. ubi Christus indicat se venisse ad legem implemandam, non pro se, sed nobis, nec soli poenarum perspersione (alijs etiam damnati dum poenas peccatorum suorum patiuntur, legem Dei implerent) sed dilectiones Dei & proximi Matth. XXII, 37, seq. quæ legis est perfecta impletio Rom. XIII, 10. Hanc igitur activam Christi obedientiam ad inclusum necessarium fuisse vel sola nostra docet justificatio: Justificamur enim non per nostram habitualem justitiam Rom. III, 28. IV, 1, 2. seq. Gal. II, 16. Eph. II, & seq. Tit. III, 5. d. Christi nobis per fidem imputatam, quæ est justitia legis vice nostri à Christo per dilectionem impletæ, adeoque ipsa ejus activa obedientia. Quinimo si sancta Christi vita hic excludatur, tunc nos contra Decalogum benedicemur, quia decalogos omnibus maledicit, qui non faciunt ea omnia, quæ ibi scripta sunt. Nos verò contra decalogum non benedicimur, quoniam per fidem in Christum non irritam reddimus legem, sed eandem stabilimus Rom. III, 31. & apprehendendo Christum apprehendimus eum, qui pro nobis legem perfecit & implevit: quare activa obedientia excludenda hic non est. Pertinet v. ad illam innocentiam, sanctitas, incarnatione, prædicatio, paupertas, famæ, sius &c. omnes denique id quod pro nobis in statu exinanitionis ad mandatum divinæ legis fecit. Ad passivam pertinent poenæ peccatorum

nostrorum, in specie passio & mors. Ubi circa passionem notandum, quod verè tartareos in ea senserit dolores: quandoq; videm factus pro nobis maledictio, ira inde ac judicio Dei obnoxius; testibus laboribus animæ ob percusionem & attritionem, Es. LIII, 8, II. turbatione, Joh. XII, 27. pavore, Marc. XIV, 33. tristitia & angore, Matth. XXVI, 37. Mortem quod attinet, sustinuit æternam, sed non ut damnati æternū; hoc enim circumstan- tias, illud quid diratē concernit; nec à mortis mancipiis, ad ejus victorem recte colligitur. Qvod si esus poni, Gen. III, 6, finitus, infinitum attraxit reatum; quidni mors Christi finita, (inclusa sancta obedientia) ob morientis infinitatem, æternum habeat valorem? & certè habet, æternam enim affert justitiam Dan. IX, 24. æternam salutem Es. XLV, 17. æternam redemptio- nem Ebr. IX, 12. vitam deniq; æternam Rom. VI, 23 i. Joh. V, II.

z. Qvām verò operosè hæc oppugnat Satanas! Primum activam per Piscatorem & socios ejus aggreditur, obedientiam afferentes, solā passivā obedientia Christum pro nobis satisficerē; impletionem vero legis pro se ipso debuisse. Sed primum jam profligatum: alterum, ex Socini lacunis petitum, manifestè falsum est; Christus enim etiam ut homo, est Dominus Sabbathi Marc. II, 28 per conséq; non tantum tertii præcepti sed reliquorum omnium dominus, quandoq; videm omnia divina sunt. Qvod si tamen quis inde velit afferere, sic licuisse Christo pejerare, mentiri; negamus consequentiam, aliàs idem de Patre & Spiritu S. di- cendum esset: qvin potius, ut hi abstinent à peccatis non ex qua- dam legis præscriptione, sed ex natura sive condizione & perfe- ctione, ita idem de Christo dicendum est. Qvod verò porrò à cau- sa meritoria salutis excludant Christi sanctitatem, hæresis suam pro- dunt; hæc n. à lego divina poscebatur, à Christo m. non pro se, sed nobis præstabatur: Ergo non tantum causa sine qua non nostræ redemtionis, sed causa meritoria est: qvod idem de incarnatione, prædicatione, dicendum est. Utinam ergo renunciasset errori suo Piscator, jam tum olim à Synodo Wappinenſ monitus, à propriis sociis oppugnatus, deniq; à Carletano Theologo Anglo egregie refutatus. Sed pergit ulterius malignus iste Spiritus: nunc *bui- miliationem*, per Sibrandum Lubertum in Comm. 99. err. p. 395. 417. nunc

nunc famem & stim à causa meritoria salutis nostræ excludit;
quod posterius facit Zwinglius, sola morte Christi vivifica-
tus afferens. Respondemus ad prius, dare seipsum pro no-
stris peccatis Gal. I, 6. αὐτὸν προ ὄmnib⁹, I. Tim. II, 6.
pati pro omnibus carne, I. Pet. IV, 1. plus qvām solam mor-
tem triduanam complecti, maximè cum tota vita Christi in
terris pro nobis fuerit passio. Ad Zwinglii assertum repo-
nimus, esurivisse, sitiisse Christum non pro se, sed nobis,
expians tam protoplastorum, qvām nostram intemperan-
tiā: qvæ certè satisfactoria, & meritoria est passio. vid.
Damasc. lib. III. de orthod. fid. c.XX, una cum suo interp.

3. Denique & passivam CHRISTI hostiliter impu-
gnant obedientiam. Negant, ταταρεος CHRISTUM sen-
tisse dolores: nos, sensisse illum, monstravimus in thesi. Ne-
que tamen inde desperavit: qvot enim in hac vita pœnas
infernales, & diros animorum suorum sentiunt cruciatus,
nec tamen statim desperant? Nee sibi tantoperē placeat
Bellarmus assertō suō; Essentialē poenis infernalibus esse
desperationem: annon enim Judas proditor desperabat,
nec tamen tum erat in inferno? Morrem quod attinet æter-
nam, dieimus contra Photinianos, CHRISTUM eandem
sustinuisse non qva durationem, sed intentionem; includit
enim mors æterna essentialiter dolorum infernalium im-
mensitatem, æternam verò continuationem tantum acci-
dentaliter: illam ergo CHRISTUS subiit, hanc subire nec
debuit, nec potuit.

VII.

Ιλασμ⁹ terminus durationis à quo est pri-
mum incarnationis momentum, ad
qvem, mors crucis.

C 3

1. Con-

1. Conceptio, nativitas, circumcisio &c. CHRI-
STI propitiatoriæ sunt: nobis enim natus puer, nobis da-
tus filius Esa. IX, 6. dictus statim ab initio JESUS Math. I.
vers. 21. Luc. II. vers. 11. quod inde cœpit operari salutem.
Per totam porrò vitam nostræ $\iota\lambda\alpha\sigma\mu\delta$, qvia in ea pro nobis,
divinæ legi , sub qva nostri causâ erat Galat. IV. vers. 4.
præstit obediens, Math. V. vers. 17, 20. voluntatem di-
vinam fecit Psalm. XL. vers. 7. Ebr. X. vers. 5. obediens fa-
ctus usque ad mortem crucis Philipp. II. vers. 8. Ubi in tem-
pore facta propitatio non officit valori & efficaciæ æternæ:
agnus enim ab initio mundi occisus Apocal. XIII. vers. 8.
nos ab æterno in Christo ad vitam æternam electi Ephes. I.
vers. 4. conf. II. Tim. I. vers. 9. II. Thessal. II. vers. 13. Idem
Jesus Christus heri, hodie, & in secula Ebr. XIII, 8. Eadem
nunc & in Vet. Test. salvandi ratio Act. XV, II. eadem utro-
bique per $\iota\lambda\alpha\sigma\mu\delta$ reconciliatio. Neqve $\iota\lambda\alpha\sigma\mu\delta$ tunc apo-
telesma $\vartheta\alpha\nu\delta\epsilon\nu\delta$ non fuit: qvandoqvidem dux naturæ in
DEI notitia & Decreto jam cum pro unitis habitæ. Ex-
plicat id AUGUSTINUS Tom. VII. libr. 2. de Peccato
Originis contra Pelag. & Celest. cap. 26. pagin. 808. seqv.
*Si, inquiens, propterea illis non profuit incar-
natio CHRISTI, qvia nondum facta erat,
nec nobis prodest judicium CHRISTI de vi-
vis & mortuis, qvia nondum factum est.*
*Si autem nos per hujus nondum facti, sed
futuri judicii fidem stabimus ad dextram
CHRISTI, profecto illi per incarnationis
eius nondum factæ, sed futuræ fidem mem-
bra*

bra sunt CHRISTI. Neque enim putandum est, quod antiquis justis sola; quae semper erat, divinitas CHRISTI, non etiam, quae nondum erat, ejus humanitas revelata profuerit. Terminus ad quem, est mors triduana, intelligenda non, ut Tannerus vult, tantum in fieri, sed in fieri & facto esse; Sic enim Scriptura Sacra mortem CHRISTI cum sepultura ejus & resurrectione connectit, i. Cor. XV. vers. 34. Nulli tamen hic post mortem animæ CHRISTI improperandi sunt cruciatus, quandoquidem in cruce consummata erant omnia, Johann. XIX. vers. 30. conf. Ebr. IX. vers. 28. X. vers. 12, 14. Similiter nec mors haec nuda tantum ad sacrificium preparatio est, sed ipsum sacrificium, hic in terris, ubi pro peccato hostia oblata, passio exantata, peccata expiata, peractum.

2. Qui ergo Pontificii conceptionem & infantiam Christi meritorias negant? sunt sane illæ propitiatoria nostrâ bonâ factæ, vel ipsô Bellarmîno fatente lib. I. de indulg. c. IV. in resp. ad II. object. **CHRISTUS**, inquit ibi, ab ipsa conceptione usq; ad mortem ardentissimâ charitate gravissimos labores pertulit, ut DEO PATRI nos reconciliaret. Dolores CHRISTO post mortem accidisse, non evincit locus Actor. II. vers. 24. ubi dolores mortis, vel de doloribus mortem antecedentibus explicandi (ut lacrymæ abstergendæ dicuntur, non quæ nunc, sed olim fusæ, Apocal. VII. vers. 17.) vel idem sunt ac mors dolorosa. Ultimum denique contra Photinianos, pasim id inculcantes, militat: quæ de re vidd. Magnif. Dn. D. PRÆSES Bibl. Illustr. pag. 1142.
Societas

Socin. Prof. pag. 364. seqv. Franz. de Sacrif. Disputat. XVI.
pag. 496. seqv. & alii.

CAPUT III.

I.

*An i[n]a[n]tudine no[n]st[ra] necessariu[s] fuerit
ad salutem?*

Aff.

Poscebant id, ut alia omittamus ^{a.)} naturalis DEI justitia, qvæ ut poenam peccati re-
quirit, ita idem sine satisfactione condonare non potuit,
vid. Roman. I. vers. 32. Psalm. VII. vers. 12. Roman. III. vers. 5.
II. Thesalon. I. vers. 6. Est enim DEUS zelotes, quatenus
nullum peccatum impunitum vult relinqvere. ^{b.)} Immu-
nabilis ejusdem veritas; Mortem (hoc est, omnes mortes)
peccanti minatus fuerat Genes. II. vers. 17. qvì ergo salvâ ve-
ritate immunem istum dimittere poterat, sine propitiatio-
ne? ^{y.)} Divina maledictio, Deuteronom. XXVII. v. 26. qvæ,
nisi irrita esse debebat, peccata condonari simpliciter, non
admittebat. Hinc ergo oportuit CHRISTUM pati, Luc.
XXIV. vers. 46. calicem eibere absolutâ DEI voluntate;
Si enim hypothetica fuisset, exaudivisset DEUS orationem
CHRISTI, qvod est contra Matth. XXVI. vers. 39. vid. Dan-
haw. Hodos. pag. m. 685. nulla hic potentia DEI absoluta,
reliqvis DEI attributis aduersa sic admittenda est. Con-
tra Scholasticos, Photianos, Calvinia-
nos & Papistas.

II. An

II.

*An i&lastr&os noster apud DEUM per-
fectus & plenus sit?*

Aff.

Nullum hic locum habet DEI Patris acceptilatio, nec
juris remissio, sed rigor justitiae hic urgendus est, juxta qvem
hic i&lastr&os fuit sufficiens; repræsentanda persona satisfa-
ciens, non nudus, aut simplex homo, sed Chri-

stus ḡeāθēωπ& DEI filius, Roman. VIII. vers. 3.

Galar. I. vers. 4. Ephes. V. vers. 2; inculcanda consummatis-
sima obedientia, qvâ voluntatem ejus, qm̄ misit ipsum, fe-
cit, Psalm. XL. vers. 6. Ebr. X. vers. 9. opus ipsius perfecit,
Johann. IV. vers. 31. qvæ facere debuit, consummavit, Jo-
hann. XVII. vers. 14. XIX. vers. 30. Nominanda perfectissi-
ma legis impletio Matth. V. vers. 17. referendum premium,
qvō nos emit, magnum, I. Corinth. VII, vers. 23. non au-
rum vel argentum, sed pretiosus agni immaculati sanguis,
I. Petr. I. vers. 19: ex qvibus s̄eqvitur perfecta, plena, copio-
sa, imò omnimoda redemptio Psalm. CXXX. vers. 7. Qvod
si deniq̄ue unius hominis offensa multi, id est, omnes mor-
tui sunt: multò magis *gratia DEI & donum per
gratiam (i.e. justitia Christi) redundavit in
multos*, Roman. V. vers. 15. Iterum contra Scholasti-
cos, Calvinianos, hac in parte Photinianizantes, acceptila-
tionemq̄ue divinam urgentes: vid. pluribus Dorsch. Pentad.
Disputat. VI.

D

III. An

III.

*An ille nos sit satisfactorius pro pec-
catis nostris?*

Aff.

*Monstrant id tot dicta, quod Christum pro nobis
passum, mortuum, peccata nostra expiassé,
una cum paenitentia eorum portasse, maledictum
factum esse, legem implevisse &c. confirmant.*
Imprimis autem ex praesenti textu id patet: eò ipsis enim,
quod CHRISTUS nostra est propitiatio, innuitur, DEUM
ante nobis offendimus, per mortem CHRISTI reconciliatum,
peccata expiata, & id, quod nos debueramus, à CHRI-
STO exsolutum esse, ita ut nunc non amplius sub ira,
sed gratiâ simus, Roman. V. vers. 2. Quicquid ergo vel de
voce Satisfactionis in Scriptura S. non ex-
tante nugetur Socinus cum suis, vel DEUM nobis
jam conciliatum fuisse inde afferat, quod
Deus Christum propitiationem proposuerit,
Roman. III. vers. 25, vel ad typum configuat, arcæ
scil. operculum, quod propitiatorium, pro-
pitatio vocatum fuerit, nec tamen DEO
satisficerit: vel denique propitiationem à sa-
tisfactione distinguat, ita ut illa fieri posit
per

per remissionem à jure suo, hæc neutiquam;
nihil tamen obtinet. Primum enim qvod concernit, mi-
rum non est, in lingva Hebræa & Græca latinam satisfactio-
nis vocem non reperiri. Qvod si verò id evicerint adver-
sarii, ibidem qvoad rem non haberi, vietas dabimus manus.
Ad secundum respondemus, esse divulsionem conjungendo-
rum, nec pugnare CHRISTI satisfactionem cum propitia-
torii constitutione; Hic enim misericordia, ibi justitia de-
prehenditur. Ad tertium, falsum est propitiatorium pec-
cata non expiisse, qvandoqvidem id omnino factum, sed re-
spectu CHRISTI præfigurati: qvare distingvat adversarius
propriam & alienam virtutem, & res erit in vado. Denique
satisfactio & propitiatio h. l. retrocurruunt: Ita enim pro
nobis CHRISTUS debita exsolvit, ut vice nostri divinæ ju-
sticiæ plenisimè satisfecerit.

IV.


An inaequalis hic sit meritorius?

Aff.

Hæc qvæstio cum priori non coincidit. Sunt qvidem
CHRISTI Satisfactione & meritum inseparabilia, non tamen
identica: illa enim est debitorum exsolutio, hæc immunitas
à nostris debitib; vita æterna &c. à CHRISTO nobis meritæ.
Præterea Satisfactione sit Trinitati, meritum nobis est profi-
cuum. Asserimus igitur, **CHRISTUM** secundum
utramq; naturam esse inaequaliter meritorium,
pressè ac propriè dicto merito, qvandoqvidem de suo me-
ritu, *seipsum dans pro nobis æmaturgo I. Tim. II.*
vers.

vers. 6. Nec tamen pro se, sed nobis, æqualitate etiam meriti & mercedis. Meruit autem breviter mali æterni & temporalis ablationem, tamquam culpam, quam poenam; & boni collationem: de illa suprà: ad hanc pertinent tunc spiritualia, v. gr. nostri in filios Dei adoptione Galat. IV. vers. 5. DEI gratia & favor, Johan. I. vers. 16, 17. I. Corinth. I. v. 4. Pax cum DEO, Ephes. II. vers. 14, 15. II. Corinth. V. vers. 18. cum angelis, (propter apostasiam nobis offensis) Luc. II. vers. 14. XV. vers. 10. cum corde nostro Rom. V. vers. 1. DEI benedictio Genes. XII. vers. 3. & cum ea bona omnia, vita denique & salus æterna Actor. IV. vers. 12. tunc temporalia, per lapsum amissa, quæ etiam in CHRISTO (i. e. ob meritum CHRISTI Rom. VI. vers. 23.) sunt Amen, II. Corinth. I. v. 20. Quæ omnia contra Photinianos, Calvinianos, Pontificios notanda sunt, quorum juxta & aliorum argumenta, per pagellarum angustias hic omissa, niv. 0. in conflictu videbimus. Nos hic pedem figimus, dicentes

SOLI DEO GLO. R I A M!



Ung VI 19



TA 20L
SK. d24. NMN 1.00

VD 17

Z



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

8
7
6
5
4
3
2
1
Centimetres
Inches

Farbkarte #13

12.

DISSE^TRAT^O THEOLOGICA
De
PRO^PITIATIONE
PRO PECCATIS NOSTRIS,

Ex I. Joh. II, v.2.

Qvam

SUB PRÆSIDIO

VIRI

MAXIME REVERENDI, MAGNIFICI, AMPLISSIMI,
EXCELLENTISSIMI,

DN. ABRAHAMI CALOVII,

Theologi de universa Christi Ecclesia incomparabiliter
meriti, in inclita Academia Wittebergensi Profess. Publ. Primarii
Famigeratissimi, Consistorii Ecclesiae. Assessoris Gravissimi, Ecclesiae ibidem
Pastoris Vigilantissimi, Circuli Electoralis Superintendentis Generalis
Eminentissimi, & hoc tempore veneranda Facult. Theol.

DECANI Speciatissimi,

Domini, Preceptoris, Patroni, ac Promotoris
devotissimā observantiā colendi,

Ad diem XV. Aprilis Anno M DC LXXIX,
ventilandam proponit

AUTOR RESP.

M. JOHANNES ERNESTUS Herkog/
Dresd. Misn.

In Auditorio Majori, horis matutinis.

WITTEBERGÆ,

Literis MATTHÆI HENCKELII, Acad. Typogr.

